



Clypeus Theologiæ Thomisticæ

In Tres Partes Divisus, Et Quinque Volvminibvs Comprehensvs
Tractatus de Prædestinatione, de Trinitate, de Angelis, & de homine

Gonet, Jean-Baptiste

Coloniæ Agrippinæ, 1671

§. IV. Rejiciuntur aliæ duæ sententiæ, & vera statuitur,

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77146](#)

§. IV.

*Rejiciuntur alie due sententiae, & vera sta-
tuitur.*

Dico secundò: Objectum excellens circa quod Angelus primò deliquerit, non fuit unio hypo-
statica.

Hæc conclusio supponit primò Angelis in via existentibus revelatum suisse mysterium Incarnationis, saltem quoad substantiam, ut ex Divo Augustino docet S. Thomas 2,2, quest. 2, art. 7, ad 1. Ratio etiam id iudicat: Nam membris intellectu-
libus debita est notitia proprii capitii, ut debitam
ipsi reverentiam exhibere valeant. Sed Christus est
caput non solum hominum, sed etiam Angelorum,
ut docet Divus Thomas 3, p. quest. 3, art. 4. Ergo illis in via existentibus ejus notitia debuit
communicari, subindeque mysterii incarnationis,
saltem quoad substantiam. Quod addo, quia
cum Incarnatione Verbi, quantum ad ejus occasio-
nem, dependeat a peccato Angelorum, non fuit
congruum eis revelari illius occasionem, ne
ante suum peccatum aliquam inde tristitiam con-
ciperent.

Supponitur etiam, Deum imposuisse omnibus rot.
Angelis in via existentibus præceptum ut adora-
rent Christum, & cum tanquam proprium caput
ac Dominum recognoscerent. Hoc enim collig-
itur ex Apostolo ad Hebreos 1, ubi dicitur: Et cùm
terram introduxit primogenitum in orbem terræ,
dixit: Et adorare eum omnes Angeli ejus. Imò
est valde probabile, supposita divina dispositione
decernente unionem hypostaticam, ejusque
manifestatione facta Angelis in via existentibus
eos ratiōne debuisse, ex naturali quadam obli-
gatione Christum ut Deum ac Dominum suum
adorare, seque illi subiecere. His nihilominus
positis, adhuc asservamus, primum Diaboli
peccatum non fuisse circa unionem hyposta-
ticam.

Probatur primò: Primum Angeli peccatum 102.
debuit necessariò esse circa ultimum finem ab eo
adipiscendum; cum teste D. Thomâ 2,2, quest. 163,
art. 1 prius moveatur appetitus in finem, quam in
id quod queritur propter finem. Sed unio hypo-
statica non est finis ultimus Angelii, ab eo acquirendus
vel possidendus; neque enim est finis ejus na-
turalis, ut patet; neque supernaturalis ad quem ele-
vatus fuerit, ut etiam evidens est: Ergo primum
Angeli peccatum non fuit circa unionem hyposta-
ticam.

Deinde si Angelus circa unionem hypostaticam
primò peccavit, vel peccavit quia eam ut sibi debi-
tam, & naturæ sua viribus acquirendam appetiit,
vel quia eam homini invidit, vel quia Christo
tanquam proprii capiti & domino noluit se sub-
jecere: Sed nullo ex his tribus modis potuit pri-
mò peccare: Ergo primum Angeli peccatum non
fuit circa unionem hypostaticam. Major patet ex
sufficienti inductione. Minor vero probatur,
quantum ad singulas partes. Et in primis quod
Angelus non primò peccaverit, appetendo unio-
nem hypostaticam, ut sua naturæ debitam, ac
propriis viribus acquirendam, videtur certum:
quia non potuit Angelus peccare appetendo hoc
modo unionem hypostaticam, nisi ex aliquo errore
circa illam præcedente, ut constat; qui tamen error
præcedere non potuit in Angelo primum ejus pes-
catum, ut patet ex dicendis articulo sequenti.

Quod etiam non primò peccaverit invidendo
Kkk 2 homi-

homini unionem hypostaticam, constat ex dictis articulo precedentibus: ibi enim ostendimus, primum Angeli peccatum non potuisse esse invidiam, quia peccatum invidiae ex superbia nascitur; unde Augustinus lib. II. de Genesi ad litteram cap. 14. Invidiae (inquit) sequitur superbiam, non precedit. Ratio etiam id suadet: quia odium boni alterius (cujus odii species est invidia) oritur tanquam ex radice, ex amore inordinato propriæ excellentiæ, in quo consistit peccatum superbiz; Ergo Angelus non primò peccavit ex invidia.

Tertio, quod non primò peccaverit ex eo quod Christo tanquam proprio domino & capitoli ueritatem subiiceret, facile suadetur: Nam cum omnis nolitus sit fuga mali, supponit volitionem & prosecutionem alicuius boni: Quia enim bonum queritur, ideo refutatur oppositum malum, inquit D. Thomas I. 2. quæst. 25. art. 2. Ergo nolle subiici Christo, nec fuit, nec potuit esse primum Angeli peccatum, sed debuit necessariò presupponere in Angelo perversam volitionem alicuius objecti excellentiæ, ad quam lequa est nolitus seu fuga talis subiectiæ. Unde optimè idem S. Doctor contra Gentes cap. 109. dicit quod ex prima inordinatione voluntatis que fuit in Diabolo, consequitum est multiplex peccatum in voluntate ipsius. Quare si aliquando SS. Patres afferant, Angelum peccasse appetendo sibi unionem hypostaticam, vel eam homini invidendo, aut nolendo se subiiceret Christo ut proprio capiti, hoc debet intelligi, non de primo illius peccato, sed de peccato priuam voluntatis eius deordinationem consequente. Et per hoc soluta manent principia adversitatem & tentationem fundamenta.

Dicestamen, superbia maxima, qualis fuit superbia Angelorum, debuit esse circa maximam excellentiam, qualis est unio hypostatica.

Respondeo ex D. Thoma quæst. 16. de malo art. 3. ad 6. non esse necessarium quod maxima superbia veretur circa maximam excellentiam: plures enim magis superbiunt de parva excellentia, quam alii de maxima. Adde proprium esse superborum, magis affici ad bona sibi propria & connaturalia, quam ad alia, propter quod superbi dicuntur 2. Petri 2. sibi placentes: quod saltem verum est, quando bona excellentissima, nec sunt evidenter nota superbo, nec ad illa prosequenda est naturaliter determinatus & propensus: unio autem hypostatica, nec est bonum Angelo connatale, nec evidenter fuit ipsi nota dum erat in via, sed obscuru tantum fidei lumine revelata.

Dico tertio, primum Diaboli peccatum non fuisse appetitum principatus sive potestatis tyrannicae supra alias creaturas intellectuales. Ita D. Thomas h[ab]it art. 3. ubi sic ait: Quia vero quod est per se est principium & causa illius quod est per aliud, ex hoc etiam consequitum est quo d' appetitum aliquem principatum super alia habere: in quo etiam per se voluit Deo assimilari. Quibus verbis manifeste declarat, appetitum tyrannicae potestatis supra alias creaturas intellectuales, non fuisse primum Diaboli peccatum, sed consequitum ex primo.

Ratio etiam id suadet: Nam inordinatæ appetere principatus & honores, pertinet ad ambitiōnem, ut docet Divus Thomas 2. 2. quæst. 13. art. 1. ad 2. Sed primum Angeli peccatum non potuit esse ambitio: Ergo nec appetitus principatus seu potestatis tyrannicae supra alias creaturas intellectuales, Major patet, Minor probatur. Ambitio

A supponit superbiam, unde & dicitur ejus filia: Ego primum Angeli peccatum non posuit esse ambitio.

Confitatur & magis illustratur haec ratio: Sic ut esse simpliciter, necessariò presupponit ad esse secundum quid, ita & appetitus propriæ excellentiæ, simpliciter & absolute sumptuæ, debet precedere appetitum excellentiæ secundum quid, sive cum addito, nempe in honoribus & dignitatibus: unde cum superbis sit circa excellentiam propriam, simpliciter & absolute sumptuæ, ambitio vero circa excellentiam solum secundum quid, in dignitatibus scilicet & honoribus, peccatum superbie in Angelis, debuit necessario procedere peccatum ambitionis; subindeque appetitum principatus sive tyrannicae potestatis super alias creaturas intellectuales, quadam ambitionem pertinet.

Confitatur amplius: Appetitus objecti appetibilis propter aliud, presupponit appetitionem aliorum appetibilis propter se: Sed principatus potestas in alios, non est objectum appetibile propter se, sed propter aliud; quia bonum abolutum, & per ordinem ad proprium supponit appetitum, est appetibile propter se, bonum vero relativum, & in ordine ad aliud, est appetibile propter aliud; prius enim est rem esse in te bonum & perfectum, quam in ordine ad alios; unde principatus in alios, non appetitur nisi tanquam unum propriæ virtutis & excellentiæ: Ergo primum Diaboli peccatum, non potuit esse appetitus principatus in alias creaturas intellectuales, sed locum appetitus inordinatus propriæ perfectionis & excellentiæ.

Addo quod tyrannica illa potestas est objectum de se malum & in honestum, cum illa non sit naturaliter debita Angelis, sed contra iustitiam: primum autem Diaboli peccatum, non potuit consistere in volitione alicuius objecti de le malo & in honesti; sed quod ad volitionem alicuius objecti de le malo & in honesti, debet procedere aliquis error in intellectu, quo objectum illud judicetur bonum & conveniens; qui tamen error primum Angeli peccatum procedere non potuit, ut infra patet: Ergo idem quod prius.

Dic quartus: Angelus primò peccavit appetiendo inordinatæ suam beatitudinem naturalem, sicut scilicet non ordinando, ut tecetabatur, in suam supernaturalem ipse revelatum.

Probatur primò ex illo Ezechiel 28. In multitudine sapientia tua, & in negatione tua multiplicasti tibi fortitudinem, & elevatum est in tuum in robore tuo. Idem ibidem: Elevatum est cor tuum in decoro tuo: perdidisti sapientiam in decoro tuo: ubi ut communiter docent SS. Patres, agitur de primo Luciferi peccato: Atqui ibi dicitur quod superbii de cumulo perfectionum naturalium quas habebar, nempe de sapientia, robore, decoro &c. qui cumulus perfectionum naturalium, naturalem Angelicam beatitudinem constituit: Ergo ex Scriptura objectum excellens, circa quod Angelus primò peccavit, fuit naturalis illius beatitudo.

Confirmatur ex SS. Patribus, qui dicunt Angelum peccasse, quia in ea quam accepit a Deo potentia & dignitate sibi placuit: ita Ambrosius super Psalm. 118. octonario 3. Vel quia ipse filius ad beatam vitam sufficere voluit, ut ait Augustinus 12. de civit. cap. 1. Vel ut loquuntur Bernardus serm. 3. de verbis illarum, vidi Dominum sedentes quia

DE PRIMO PECCATO ANGELORUM.

445

qui ipso voluit esse contentus. Vel denique, ut dicit Leo Papa Epist. 93. quia naturali excellentiâ mali ulti est. Sed hæc indicant peccasse Angelum, sicut beatitudinem naturalem inordinatè appetendo; Ergo &c.

Probarū secundò conclusio. Cū superbia sit appetitus inordinatus propria excellentiæ, illud objectum, circa quod Angelas primò peccavit, debet esse valde excellens, ipsi Angelo maximè præsumptum, & inordinatè ab ipso appetitum: Sed tres illæ condicione magis convenient beatitudini naturali Angeli, quam cuicunque alteri bono: Ergo cīc illam Angelus primò peccavit. Major patet, Minor vero declaratur, quantum ad singulas partes. Et in primis quod beatitudō naturalis Angeli sit bonum valde excellens, manifestum est: quia quodquidem est aggregatum omnium perfectionum naturalium qua convenire posunt Angelis, ejusque sapientiam, scientiam, potentiā, robur, decorum, & sui ac Dei amorem & contemplationem naturalem includit. Quod vero eadem beatitudō sit bonum Angelo magis primum, etiam patet: quia est naturaliter Angelo debita; in quo differt à beatitudine supernaturali, quæ non debetur connaturaliter, sed solum ex meritis & auxilio gratiæ, subindeque est ab illo quodammodo aliena. Denique quod Angelus inordinatè illam beatitudinem appetierit, probatur: quia cum secundum communem sententiam creatura intellectus teneatur in primo instanti perfecti usum rationis, se ad Deum ut ultimum finem supernaturalem convertere, si illi per fidem suam modatim finis innocecat; subindeque in primo instanti deliberationis plena culibet Angelus in statu præceptam ejusmodi conversionis ad Deum ut authorem supernaturalem; hoc ipso quod Angelus adhæsit propriæ beatitudini naturali, non servata regulâ prædictæ conversionis in diuinam supernaturalem, fibi à Deo præfixa, inordinatè omnino illam appetit. Unde D. Thomas 3. cont. Gent. cap. 110. Sicut in nobis peccatum est, ex hoc quod bona inferiora, scilicet corporis, appetimus sive ordine rationis: ita in diabolo peccatum fuit in hoc quod proprium bonum non retulit in diuinum.

D
Neque hoc sequitur, primum Angelii peccatum fuisse puræ omissionis, non vero commissionis, ut a Suarez. Nam licet non ordinare suam beatitudinem naturalem in supernaturem, tunc sit pura quædam omissione, quando omittitur actus dilectionis ipsius; si tamen non omittitur talis actus, sed vere quis diligit suam beatitudinem naturalem (sic cur illam dilexit Angelus in primo suo peccato) tunc etiam omittitur modus & debita circumstantia talis actus (in hoc consistens quod ad beatitudinem supernaturalem debeat ordinari) defensio ordinatis, non est peccatum puræ omissionis, sed commissionis.

E
Ratio huius est, quia ad hoc ut aliquod peccatum sit omissionis puræ, non satis est quod omittatur modus sive circumstantia debita alicui actus, sed nequit inferi quod ipse actus omittatur: v.g. licet peccatum pure omissionis sit non audire ut non celebrare Missam, quando quis ad id tenet; audire tamen illam absque debita reverentia, ut celebrare absq; vestibus facris, non est peccatum omissionis puræ, sed commissionis sacrilegæ, aut articulo præcedenti ponderatum est. Cū ergo Angelus circa beatitudinem naturalem actum dilectionis non omiserit, sed tantum modum & membrorum ipsius, eam absque ordinatione in-

A Deum ut finem supernaturalem appetendo, peccato commissionis, non vero puræ omissionis deliquit.

§. V.

Principia objectiones solvuntur.

C Ontra hanc conclusionem objicitur primò: 114. Objetum primi peccati Luciferi, fuit aliquid nondum ab illo possellum: unde in Scriptura per verba de futuro explicatur, ut pater ex illo Iaia 14. In cœlum descendam, similis ero Altissimo: item Ezechielis 28. nomine negotiationis insignitur, cū dicuntur Luciferi: In multitudine negotiationis tua, repleta sunt interiora tua iniquitate, & peccasti; negotiatio autem nos terminatur ad objectum actu possellum, sed possidendum: Atqui beatitudō naturalis possidebatur à Lucifero, dum peccavir; cum ea quidem à Deo creatus est: Ergo objectum primi peccati Luciferi, non fuit beatitudō naturalis illius.

Confirmatur ex Anselmo supra relato, dicente Diabolum appetuisse id ad quod pervenisset, si stetisset: Sed non pervenisset ad beatitudinem naturalē, cū illam haberet ante peccatum: Ergo illam inordinatè non appeteret.

C Ad objectionem respondeo distinguendo M. 115. jorem: fuit aliquid nondum possellum, materialiter, sive quoad entitatem, nego: formaliter, sive quoad rationem formalem, secundum quam ex modo volendi appetebatur, concedo. Similiter distinguo Minorem: beatitudō naturalis ab Angelo cum peccavit possidebatur, materialiter & quoad existitatem, concedo: formaliter sive quoad rationem formalem secundum quam appetebatur, nego: non enim erat a tu habita quoad rationē finis ultimi & perfectè latitativi; secundum quam tamen rationem ex modo appetendi Angelus tendebat in beatitudinem naturalē, eo ipso quod illam appetebat sine subordinatione ad supernaturalem. Unde

C Ad confirmationem distinguo Minorem: Si Angelus stetisset, non pervenisset ad suam beatitudinem naturalē, præcisè secundum se considerat, concedo; nam ut rectè dicitur in objectione, illam sic habebat ante peccatum: non pervenisset ad suam beatitudinem naturalē, ut inaccessibiliter possidendum, & ut subordinatam beatitudini supernaturali, nego: illam enim ante suum primum peccatum sub hac ratione non possidebat; quodquidem poterat illam amittere, ac ordinacionem ipsius in finem supernaturalem omittere, sicut de facto omisit: unde primum peccando, potuit illam sic consideratam habere pro objecto sui peccati.

E Objicitur secundò: Si Diabolus peccasset, quiescendo in sua beatitudine naturali, tanquam in fine ultimo, & eam non ordinando ad supernaturalem, peccatum illius non fuisset superbia, sed pusillanimitas: At hoc dici nequit: Ergo nec illud. Sequela Majoris probatur: Quiescere in minori; recusando tendere ad magna, propriæ virtuti vel à Deo acceptæ commensurata, pertinet ad pusillanimitatem, ut docet S. Thomas 2.1. quæst. 133, art. 1. Atqui beatitudō supernaturalis commensuratur divinæ gratiæ omnibus Angelis concessæ: Ergo si Angelus primò peccavit recusando beatitudinem supernaturalem, & quiescendo in naturali, ejus peccatum fuit pusillanimatis, non vero superbia.

Respondeo negando sequelam Majoris: Ad 116.
Kkk 3 cuius